



DISPUTATIO JURIDICA  
*De*  
LOCATIONE  
ET CONDUCTIONE,

15

J. Z. P. 37. 1. 10.  
D. 16.

14

1694

14

*Quam*  
Favente SS. Triade

*Permissu Magnifici & Nobilissimi Jctorum*

*Ordinis in Inclutâ Academia Wittebergensi*

PRÆSIDÈ

*Amplissimo, Consulissimo, & Excellentissimo,*

VIRO

DN. AUGUSTINO Strauch/

J. U. D. & Antecessore celeberrimo, Curia  
Provincialis Consistorij Ecclesiastici & Scabinatus  
Electoralis Saxon: Assessore gravissimo, Dn. Præcepto-  
re, Patrono, Promotore & hospite perpetuâ obser-  
vantiâ colendo.

*Publico examini subjicit*

ADAMUS FRIDERICUS Stripe/

Berolinens.

*In Auditorio Jctorum d. Octob.*

ANNO clc XLIV.

WITTEBERGÆ

Typis JOHANNIS RÖHNERI, Acad. Typogr.

XXI





DISPUTATIO JURIDICA  
DE  
LOGICIS  
ET CONCLUSIONIBUS

Thesis  
1. De  
2. De  
3. De  
4. De  
5. De  
6. De  
7. De  
8. De  
9. De  
10. De  
11. De  
12. De  
13. De  
14. De  
15. De  
16. De  
17. De  
18. De  
19. De  
20. De  
21. De  
22. De  
23. De  
24. De  
25. De  
26. De  
27. De  
28. De  
29. De  
30. De  
31. De  
32. De  
33. De  
34. De  
35. De  
36. De  
37. De  
38. De  
39. De  
40. De  
41. De  
42. De  
43. De  
44. De  
45. De  
46. De  
47. De  
48. De  
49. De  
50. De  
51. De  
52. De  
53. De  
54. De  
55. De  
56. De  
57. De  
58. De  
59. De  
60. De  
61. De  
62. De  
63. De  
64. De  
65. De  
66. De  
67. De  
68. De  
69. De  
70. De  
71. De  
72. De  
73. De  
74. De  
75. De  
76. De  
77. De  
78. De  
79. De  
80. De  
81. De  
82. De  
83. De  
84. De  
85. De  
86. De  
87. De  
88. De  
89. De  
90. De  
91. De  
92. De  
93. De  
94. De  
95. De  
96. De  
97. De  
98. De  
99. De  
100. De

111

...  
tar  
(A  
est in  
verb  
Con  
stro  
verh  
vel f  
mur  
dum  
der S  
§. 28  
(A  
N.G  
(A  
enir  
sum  
(A  
L. 33  
(A  
con  
cato  
hen  
ri, d  
L. 30  
exer  
in e  
faci  
§. 1





## THESIS I.

**L**ocatio & conductio (a) est contractus (b) de usu (c) Rei (d) vel personæ (e) pro certâ mercede (f) mutatio (g).

(a) Quæ ut quilibet satis videre potest, derivatur à locare, quod est in aliquo loco ponere *Weseub. in π. h. t. n. 2. Schard. in Lex. Jur. sub verb. Locatio*, nam qui locat, alterum quasi in suum locum collocat. Conductio verò à conducere, i. e. secum ducere *Don. 13. comm. 6. Nostro sermone locare fundum vel domum dicimus, ein Haus oder Acker verleihen/ein thun/vermiethen/hinlassen/ & contra conducere domum vel fundum, ein Haus oder Acker miethen/bestehen oder annehmen/domum faciendam locare, ein Haus verdingen zu bauen/agrum colendum locare, einen Acker verdingen zu Eheren/ &c. Noe Meurer part. 2. der Reysertlichen Liberey tit. 6. von Beständniß der Güter/ Schneidw. ad §. 28. f. de Act. in formul. action. locat. Meier in C. A. h. t. 8. 4.*

(b) Et quidem Jurisgentium *l. 1. ff. b. t. l. 5. de f. & f. §. 2. f. de f. N. G. & C. bonæ fidei l. 17. C. b. t. & §. Actionum 28. f. de Act.*

(c) Quo differt ab emtione, venditione & mutuo. Per mutuum enim transfertur dominium *l. mutuum 2. ff. de Reb. cred. & consumi potest.*

(d) *l. 15. §. 1. l. si in lege 24. §. colonus 4. l. si merces 25. §. qui fundum 1. l. 33. si fundus ff. h. t. de quibus plenius infra.*

(e) Nimirum, cum quis personæ operas ad aliquid faciendum conducit. Circa quod observandum in hac locationis specie & locatoris & conductoris nomina mutua esse, nec non utrumq; contractuentium, diverso tamen respectu, & locatorem & conductorem videri, de quo consul. *Bachov. in comm. ad f. in princ. h. t. pag 806. l. 2. C. b. t. l. 30. §. pen. h. t. l. 11. §. 3. h. t. Exemplum nobis sequens suppeditat Frantz. exerc. 11. q. 4. Si loco domum ædificandam vel reficiendam architecto, in effectu operas ab ipso conduco. Et vicissim architectus, qui opus faciendum conducit in effectu quoq; operas suas locare videtur l. 22. §. 1. locat.*

A 2

(f) Adeoq;



(f) Adeoq; , si contrahentes de certâ mercede non convenerint, constat nec locationem esse *pr. f. b. t. l. 2. in pr. l. 25. ff. eod. l. 23. in fin. ff. commun. divid. l. 52. si vir uxori in pr. ff. de donat. int. vir. & ux.* sed incidere in contractum innominatum, atq; idcirco præscriptis verbis agendum §. 1. *f. b. t. l. 22. de præscr. verb.* cum ita deficiat essentielle locationis requisitum *Rittersb. in comm. ad l. 23. de R. f. c. 9. pag. 122. Bach. in comm. ad f. §. 1. b. t. pag. 807. Gometz. Tom. 2. var. resol. cap. 3. n. 4. Arius Pinell. ad rubr. Cod. de Rescind. vend. part. 2. cap. 3. n. 3. & 5.* Quemadmodum enim emtio & venditio sine pretio, ita & locatio sine mercede non contrahitur *l. 20. ff. b. t. d. l. 23. commun. divid. Boc. in comm. ad l. 23. de R. f. cap. 4. n. 82. pag. 161.* Hinc Dd. tradunt *per l. 46. ff. b. t. & per l. 10. §. fin. de A. vel A. P.* locationem & conductionem uno nummo contrahi non posse, quando in quantitate merces constituenda *Boc. part. 1. class. 2. disput. 4. §. 53. Cont. lib. 1. disput. 16.* sed imaginem tantum locatiouis habere & donationis instar inducere *per d. l. 46. unus siquidem nummus mercedi sive precio opponitur per d. l. 10. §. fin. de A vel A. P. Harpr. b. l. §. 1. num. 9.*

(g) Usus enim vel fructus vel operæ cum mercede mutantur, & hæc mutatio fit consensu contrahentium. Est enim locatio ex consensualibus contractus *l. 1. l. 14. ff. & l. 24. C. b. t.*

Th. II.

Dividitur in locationem in specie sic dictam (a) & Emphyteusin (b).

(a) Hæc divisio est specierum, reliquæ enim quæ occurrunt vel ex materiâ vel ex qualitatibus accidentibus sumuntur, e. g. locatio conductio superficiæ, loci publici &c. expressa, tacita, conditionalis, pura, temporalis, perpetua. In specie sic dicta vel simplex quæ sit docet thes. I

(b) Hujus naturam considerabimus in thes. ult. quæ ad finia exhibet.

Th. III.

Hactenus definitio & divisio: Sequuntur causæ, quæ vel Internæ sunt vel Externæ.

Th. IV



Th. IV.

Externæ sunt Efficiens & Finis.

Th. V.

Efficiens alia Remota, alia Propinqua.

Th. VI.

Remotam constituit Jus, quod Locatio-  
nem & Conductionem introduxit (a) & ap-  
probavit (b) Propinquam mutuus contra-  
hentium inter se consensus (c) cui cum ni-  
hil tam contrarium sit quam error (d) vel do-  
lus (e) fit etiam ut iis intervenientibus con-  
tractus non videatur celebratus (f).

(a) Id est Jus gentium supra thes. 1. lit. b. Tr. vol. 1. disp. 29. th. 1. lit. B.

(b) Jus scilicet nostrum Romanum, quod contractum locatio-  
nis conductionis Jure Gentium primitus introductum probavit, atq;  
ita respectu approbationis suum fecit, quod si enim eo modo appro-  
batus non esset, neq; actionibus & obligationibus firmis instructus,  
nullam vim ex Jure nostro Civili aliquem obligandi haberet, quem-  
admodum enim unumquodq; Jus Civile partim communi, partim  
proprio constat (populi siquidem omnes partim proprio, par-  
tim omnium hominum communi Jure utuntur §. 2. J. de J. N. G.  
& C. l. 9 ff. de J. & J.) ita etiam Jus Romanum compositum  
est & ex proprio & communi. Hinc contractus quidam rectissime  
dicuntur vel proprii Romanorum vel Jure communi recepti. Atq;  
ita noster contractus absolute & citra *ex eo* consideratus J. Gentium,  
respective verò Juris Civilis esse Juridice defenditur.

(c) Licet quidem in omnibus contractibus, consensus sit neces-  
sarius, quemadmodum textus habetur expressus in l. 57. de O. & A. l. 1.  
§. pen. de pact. Ideò tamen hic & reliqui contractus consensuales so-  
lo consensu constare dicuntur, quod in cæteris præter consensum am-  
plius aliquid requiratur, videlicet res & verba; In his verò ad effica-  
cem obligationem producendam hoc sufficit, quod simpliciter con-  
sensus



sensum est. Hinc quoque per simplicem & solam epistolam vel nuntium contractus hoscce fieri posse Imperator noster testatur *in prin. j. de oblig. ex consens.*

(d) Justus scilicet *arg. l. 44. de usucap.* & hunc voluntatem impedire & consensui contrarium esse probant textus *in l. 2. pr. de Judicis l. 15. de Jurisd. l. 8. & 9. C. de Jur. & Fact. ignor. l. 20. de aq. & aq. plur. arcend. l. 57. de O & A. l. 2. C. de Error. Calcul. l. 116. pr. & §. fin. de R. J. ibiq. Dec. l. 9. pr. de contrab. emt.* Erranti etiam dubitantem comparamus, moti *l. fin. C. de condict. indeb.* quæ lex dubitanti non minus quam erranti concedit repetitionem. Sic *in l. 14. & 15. qui test. fac. poss. l. fin. §. 2. princ. C. de Furt. l. 1. pr. de Leg. 3.* dubitans & errans æquiparantur. Sic docet nos *l. 2. pr. in fin. quis ordo in bon. poss. serv.* dubitare idem esse quod nescire *Vldar. Zaf. ad d. l. si per errorem 15. ff. de Jurisd. n. 13.* & alias, quis error, & quando impediatur consensum, ut non valeat, quod actum sit vid. *Zaf. ad l. cum fundus 31. §. 1. de Reb. cred. n. 14. & seqq. Gæd. de cont. & comm. stip. c. 3. n. 7. & seqq. Cujac. ad l. 9. de cont. emt. Tr. vol. 1. disp. 22. §. 4. lit. E.* nisi tamen dubitans aliquantulum in conditionem ejus, cum quo contrahit, inquirendo facile certior reddi possit *arg. l. 19. de R. J. ibiq. Dec. n. 3.*

(e) Qui si huic contractui causam dederit (quod fit, quando quis alias contracturus non fuisset *Hillig. D. E. 12. comm. 7. lit. D. Gæd. de contrab. & committ. stipul. cap. 3. n. 112.*) Ipso Jure nullius momenti est per *l. 3. §. fin. ff. pro soc. l. 7. pr. de dolo mal. l. 16. §. 1. de minor. l. 3. de resc. vend. & ita sentiunt Zaf. ad §. actionum 28. n. 45. J. de Act. & ad l. si id quod 22. n. 9. de V. O. Gail. lib. 2. obs. 2. n. 6. Cujac. ad l. 36. de V. O. Althus. lib. 1. dicaolog. cap. 67. n. 3. Boc. ad l. 23. cap. 2. n. 14. & 15. Rittersb. ad d. l. 23. cap. 3. pag. 50. Tr. vol. 1. disput. 28. §. 2. lit. F. Donell. 2. comm. 7. ibiq. Hillig. lit. D. Gæd. d. loc. n. 115. & n. 128. Riemer. Dec. 9. in Corol. & c. Bachovius ad Tr. d. loc. pag. 1063. & in tr. de action. disp. 6. thes. 17. distinguit inter contractus bonæ fidei qui consensu, & inter illos qui re perficiuntur, ut non hi, sed illi, ob dolum causam dantem ipso Jure nulli sint, quod magnus traditionis sit effectus per quam reales perficiantur, ut vix propter dolum nulli videri possint. Verum refutatur per *d. l. 7. in pr. de dol.* ubi servus cum peculio venditus traditus emtori fuerat, siquidem ab hoc manumissus jam erat, quod fieri nullo modo potuisset, nisi servi traditio præcessisset, & nihominus tamen contractus*



tractus emtionis & venditionis nullus esse dicitur, & facit insuper  
contra Bachov. d. l. 16. §. 1. de min. in cuius specie omnino traditio rei se-  
cuta quando ibi donationis causa contracta societas, quam absq; tra-  
ditione non valuisse probat l. 35. C. de donat. Ad textus contrarios  
responderi solet non apparere quomodo dolus causam dederit con-  
tractui, cæterum quod in ll. contrariis dicatur rescindi & revocari  
contractus ad factum restringitur, quo repetimus rem quæ tradita est  
ac si tradita non fuisset.

(f) l. 9. in fin. l. 14. in fin. de contrab. emt. l. 2. in fin. pr. de Jud. l. 9.  
pr. ff. §. l. 4. C. de hered. instit. l. 18 pr. de reb. cred. l. 7. §. 12. in fin. de pact.  
Gædd. d. cap. 3. conclus. 2. Hillig. in Don. En. lib. 12. c. 7. lit. c. 4. c. 18. §. 5.  
lit. d. & hoc in tantum verum est, ut error interveniens ipso Jure nul-  
lum faciat contractum per l. 57. verb. si error aliquis intervenierit &c.  
nihil valet, quod actum est de obligat. §. A. l. 37. de Fidejuss. l. 2. §. 16. ibi.  
Quamvis nulla esset emtio ff. pro emto Anton. Hering. de Fidejuss. cap. 19.  
n. 4. Unde hodie ut excludatur omnis ignorantia vel erroris allega-  
tio subjici solet contractibus clausula, scientes se obligatos esse,  
wissentlich vnd mit willen Anton. Hering. d. loc. n. 13.

Th. VII.

## Finis est vel ultimus (a) vel interme- dius (b)

(a) Ultimus ut & reliquorum omnium contractuum est confer-  
vatio societatis humanæ & utilitas, salusve uniuscujusq; Reipubl. quæ  
hunc nostrum locationis conductionis contractum per approbatio-  
nem sibi proprium fecit.

(b) Intermedius alius est respectu conductoris, alius respectu lo-  
catoris. Respectu illius est, ut cum ipse res non habeat veluti fun-  
dum & ædificia quibus inhabitare possit, neq; tantum aris, pro quo  
propriam emat, pro modico tamen pretio usum earum naneiscatur.  
Respectu hujus, ut superflua sua, quibus ipse non utitur vel commodè  
uti potest, proximo suo elocet, & aliquid pretij inde lucretur, quam-  
planè inculta & sine possessore relinquat, cum aliàs homo hominem  
beneficio juvare debeat l. 17. §. 3. ff. commodat.

Th. VIII.

## Causas Externas excipiunt Internæ, nimi- rum



rum Materia & Forma. Materia duplex est,  
in qua seu subjectum & circa quam seu ob-  
jectum .

Th. IX.

In qua seu subjectum sunt Personæ, quibus  
Locatio & Conductio prohibita non est,  
quasdam enim Natura prohibet quasdam.  
Lex, Natura, quæ consensu destituuntur,  
ut Infantes (a) Furiosos & mente captos (b)  
Lex pupillos (c) Minores sine curatoris au-  
toritate (d) Prodigos, quibus à Magistratu  
bonis interdictum est (e) Milites (f).

(a) Quia infantes intellectu carent, adeoq. consentire nequeunt,  
quod tamen in hoc maximè requiritur, utpote contractu solo con-  
sensu constante l. 1 ff. h. t.

(b) Illi dicuntur qui cum rabie & furore evidenti insaniunt. Hi,  
quos mens deficit & qui consilium animi non habent, nullum tamen  
furorem extrinsecus ostendunt. Furiosi igitur ad hunc contractum  
non admittuntur, quia eorum nulla est voluntas l. 5. § 40. de R. J.  
Nec sui sunt l. 7. § 11. Ex quibus caus. in poss. eat. nec sensum habent l. 22.  
§ 7. ff. solut. matrim. nisi dilucida habeant intervalla & quasdam in-  
ducias, de quibus in l. 20. § 4. Qui testam. fac. poss. § d. l. 22. § 7. Tunc  
enim temporis si contraxerunt, non minus quàm si ad sanio-rem re-  
dierint mentem contractus rati sunt & valent d. l. 20. § 4. Qui test. fac.  
l. 6. vers. nos itaq. C. de Curat. furios. Idem est in mente captis, qui rebus  
suis ob animi morbum & infirmitatem superesse haud possunt.

(c) Quia non possunt obligari absq; tutoris auctoritate pr. J. de  
Auctorit. Tut. l. obligari 43. de O. & A. § l. 189. de R. J. idq; planum satis  
est per dictam l. 43. de O. & A. l. 189. de R. J. Pupillum, si quid incon-  
sulto & tutore non auctore gesserit, civiliter & efficaciter ex eo non  
obligari.



obligari. Inviu verò adhuc & inter Dd. quam maximè controver-  
sum ob textus Juris, qui invicem secum pugnare videntur. Quod item  
de naturali obligatione intelligimus per l. 59. de O. & A. l. 41. de  
condict. indeb. l. 1. in fin. commod. l. 1. §. 2. de Constit. Pecun. §. 2. J. Quib.  
alien. lic. vel non. l. fin. de Manum. vindict. l. ult. de Jur. & fact. ignor.  
l. 80. de R. J. Excipientes casum, quo ex re venit obligatio & actio  
l. 46. de O. & A. ubi non modo naturaliter sed etiam civiliter approba-  
tione obligabitur Riemer. Dec. 3. quest. 8. ad quam exceptionem com-  
modè referri potest l. 25. de Fidejuss. l. 35. de Recept. arbit. Excipimus  
quoque pupillum factum locupletiolem, de quo l. 21. pr. ad L. Falc. &  
l. 64. ad SC. Trebell. & tunc ex Constitut. D. Pij. conditione ex Lege  
teneatur l. un. de condict. ex Lege. l. 3. pr. ff. commod. l. 3. §. 4. de Neg-  
gest l. 25. de Aut. Tut. Neque verò tantum hic naturaliter ut Hillig. D.  
E. lib. 12. comm. 22. lit. O. & ab ipso allegati ex d. l. 5. pr. de Autor. Tut.  
concludunt, sed & civiliter respectu scilicet approbationis, quan-  
do origine naturaliter & civiliter approbatione obligari non esse  
contraria Don. ad l. 127. n. 10. de V. O. Tr. vol. 1. disput. 6. th. 5. lit. B. Gædd.  
de contrab. & committ. stipul. cap. 7. in fin. probant. Tertiam exce-  
ptionem desumimus ex l. 111. de R. J. l. 1. §. 15. depositi l. 13. §. 1. de dol. mal.  
quando nimirum dolum commisit, quia tunc malitia supplet æta-  
tis defectum l. 3. C. si min. se maj. dix. & in delictis nemo ætate ex-  
cusatur &c. Quamvis quoque distingui posse concedamus cum  
Bernhard. Sutbold. diff. 3. aphorism. 34. An nimirum infans, in ætate  
an verò pubertati proximus sit, ut hoc modo obligetur naturaliter,  
in tantum ut fidejussor accedere possit l. 127. de V. O. l. 95. §. 4. de solut.  
non tamen ut pupillo obligatio obsit l. 59. de O. & A. l. 41. de condict.  
indeb. sed tertio, ut obligatio respectu pupilli ita valeat, ut ipsi pu-  
pillo non noceat, sed intervenienti pro pupillo, qui sibi imputa-  
bit, quod non diligentius inquisierit in conditionem ejus cum  
quo contraxerit, arg. l. 19. de R. J. Cæterum quàm intricata & per-  
plexa hæc sit quæstio & de ea quàm variè Dd. sentiant. vid. Un-  
gep. Exerc. 10. quest. 3. in Aio. Donell. lib. 12. comm. cap. 22. Bach. ad Tr. vol. 1.  
disput. 6. th. 5. lit. B. & comm. ad J. ad §. furiosus nullam 8. J. de Inut. sti-  
pul Riemer. decad. 3. quest. 8. Goehaus part. 1. peric. Acad. 6. quest. 45. Vult.  
discept. Schol. cap. 6. Cujac. ad l. 127. de V. O. Bocer. de Invest. Feud. cap. 3.  
n. 13. pag. 126. 127. & seqq. Henric. Bessel. diff. ad Pand. 5. th. 3. pag. 101. Bened.  
Carpz. part. 2. const. 15. de fin. 7. n. 10. Matth. Berlich. part. 2. concl. 17. n. 112.

B

(4) Per-



(d) Personæ pupilli tutorem, Minoris verò curatorem præfici principaliter bonis, notum est, adeoque necessario & hoc sequitur, posse Minorem merè personalia sine curatore expedire. Et cum hujus officium in solâ rerum administratione consistat, ejus non refert, nubat pupilla an non? *l. 20. de Rit. nupt. l. 8. C. de Nupt.* ideoque cum bonorum & rerum administratio per curatoris constitutionem minori adempta sit. *l. 1. de Curat. Fur.* denegatum quoque ipsi erit, jus obligandi, à quo Jus alienandi separari facile non potest *l. 6. de V. O. l. 3. pr. de O. & A.* Obligatio siquidem est vinculum, quo necessitate adstringimur alicujus rei solvendæ *pr. 7. de oblig. l. 3. de O. & A.* ut errent Jus obligandi à Jure alienandi alienum qui putant. Quare minor, qui curatorem non habet, obligatur, munitus tamen restitutionis in integrum beneficio, nisi tempus ad petendum illud effluxerit. *l. 3. C. de restit. in integr.* qui verò curatorem habet, tantum abest, ut sine ejus consensu obligetur, ut etiam mero Jure instar pupilli securus sit, per *d. l. 3. & l. 16. de Minor.* Concedimus itaque minorem curatorem habentem obligari, si obligatio non res sed ipsam minoris personam respiciat, vel stipulando, paciscendo, vel transigendo meliorem suam conditionem faciat *arg. l. 28. §. fin. de Pact. l. 27. de Reb. cred.* Atque ita nobis amicus erit text. in *l. 101. de V. O.* neque contraria *l. 7. §. 2. de Minor.* ubi dicitur minori solvi posse absque curatore. Quando ibi cum consensu curatoris minori solutum est, non enim eo quod subveniri dicitur, absque curatore facta fuisse solutio probabitur, cum etiam interveniens curator non impediatur restitutionem circumvento minori *t. t. C. si tutor vel cur. interv.* Illud argumentum quod ex *l. 9. §. 4. de Jurejur.* desumunt, consequentiâ caret, non enim sequitur, minor Juramentum potest deferre, E. & obligari, cum ibi aut nullum curatorem habuit, aut detulit ejus consensu: quia alienationem rerum concernit Jusjurandum *l. 17. §. 1. de Jurejur.* Quid ad *l. 1. §. 14. ad SC. Trebell. l. 17. §. 1. de Appellat.* respondendum sit, conflictus docebit. Cæterum consuli possunt de hac quæstione *Ungew. Exerc. 10. q. 4. Riemer. decad. 3. q. 9. Bach. ad Tr. vol. 1. disp. 6. th. 5. lit. C. Frantzk. exerc. 3. 7. 5. Marc. Dycklam. à Nyholt. lib. 7. memb. Eclog. 15. Gabausperic. Acad. 6. q. 46. Hillig. 19. E. 22. comm. 12. lit. q. in fin.*

(e) Nimirum qui neque modum neque finem expensarum habent,



habent, sed bona sua dilapidando & dissipando profundunt *l. 1. de Curat. Furios.* Hos Cajus *lib. 1. §. T. de Tut.* eversores appellat, quos ipso Jure ex *l. 12. tabb.* constitui, ut nihil contrahendo agere vel obligari possint, contendunt *Raphaël Cumanus, Johann. ab Imola in l. 15. cui bonis. ff. de V. O. Joh. Faber in §. furiosus. §. de Curat. Gl. in l. 15. cui ff. de Testam.* & qui hos sequitur *Fachin lib. 2. controv. c. 63.* Verius contrarium, quod *Tr. vol. 1. disp. 6. th. 5. lit. D. ibiq. Bach. idem in comm. §. ad §. 2. de Curat. n. 3 pag. 206. 207. Riem. decad. 3. q. fin. Frantzk. Exerc. 3. q. 6. Marc. Lycklama à Nyholt lib. 7 membr. Eclog. 11. Hillig. D. E. 12. comm. c. 22. lit. F. Gæbaus. part. 1. per. Acad. 5. q. 28.* propugnant. Quamvis enim lex in genere definire possit prodigum, non tamen in individuo & ratione hujus vel illius personæ *arg. l. 32. de Usur.* Hinc & Philosophicè & rectè *Bach. ad Tr. d. loc. & ex eo Gæbaus d. loc.* dicit, Ethicè quidem & rei ipsius veritate citra interdictionem prodigum esse, posse, sed non Juridicè, i. e. ad eum effectum, ut nihil vel ipse vel cum eo agi & contrahi queat. Qui idem addit in *comm. sup. §. d. loc.* se contrarium nec ipsi Justiniano aut Papiniano affirmantibus fidem habiturum, quod repugnaret principiis Ethicis de virtutibus & vitiis, quæ ex circumstantiis actiones æstimandas docent, quando non una actione sed pluribus vitiosis vel virtuosis contrahatur & inducatur habitus. Hinc rectè Prodigus quis, cui tamen bonis interdictum non est, per *l. 27. de Min.* & non statim quod quis prodigus est, ei quoque administratio adempta per interdictionem, quæ demum à Prætore fieri debet *l. 12. §. fin. de Tut. & Curat. dat.* Sic multa ipso Jure fieri dicuntur, quæ tamen hominis & Judicis requirunt operam quorum exempla cumulat *Gæbaus. d. loc.* Ad ea quæ obstant sufficienter allegati respondent. Illud gravissimè contradicere existimant, quod ex *l. 1. in fin. pr. de curat. furios.* desumunt, ubi Jctus ait: si prodigus sanos mores receperit ipso Jure desinere esse in potestate curatorum: E. si ipso Jure desinit, ipso quoque Jure interdicitur absque Magistratu. Ratio Cnæ. petitur ex *l. 35. de R. §.* Ad quod regerendum, verba ipso Jure in *d. l. 1. in fin. pr.* non vero modo usurpari & declaratoriam sententiam per ista excludi, sed opponi quodammodo curam prodigi curæ minoris, quæ certo & statuto tempore nimirum XXV. annis finitur, quod in illa fecus est, quæ quodocunque mores in melius mutaverint prodigi, finitur, idque ex ipsius *L. 12. tabb.* ratione. Ideoque ubi





Magistratus iterum inuenerit ad sanos rediisse mores Prodigum, lex vult ut statim talis si vel quatuor duntaxat septimanas sub cura fuerit, eximatur, nec ad similitudinem Minoris ad certum & statutum tempus sub ea vivere cogatur. *Consentit nobiscum Carpz. part 2. const. 15. def 37.* in tantum ut post interdictionem factam contractus cum ipso initus non valeat, quemadmodum quoque pronunciatum ita refert prædict. *Carpz. d. l.*

(f) *l. milites 31. § l. fin. C. b. t. l. 13. ff. de Re milit.* ne scilicet omisso armorum usu ad opus rusticum se conferant & vicinis graves existant præsumptione cinguli militaris, vel relictis studiis publicis signisque victricibus ad conductiones alienarum rerum profiliant, & ad ejusmodi sordida videantur venire ministeria: cum armis non privatis negotiis occupentur, ut numeris suis jugiter inhærentes Rempubl. à qua aluntur ab omni bellorum necessitate defendant. Quod tamen restringendum nisi milites conducant gratia sui usus, possunt namque stabulum pro equis conducere vel pro omnibus ad militiam pertinentibus, ut *Mozz. de Contract. b. loc. n. 3. p. 512. Vincent. Caroc. de Local. T. Quib. non est permiss. conduct. esse. n. 1. p. 58.* sic nec regulariter Curiales *l. 30. C. b. t. § ibidem Bald.* nec Clerici *Nov. 123. c. 6. Caroc. dicto loc. Mozz. d. l.* & in genere omnes qui vel ll. vel statuto, vel pactione, vel alio quodam modo prohibentur *arg. l. fin. C. de reb. alien. non alienand.*

Th. X.

Materia circa quam, sunt Res quæ locari possunt, & inter has nonnullæ simpliciter in contractum hunc veniunt (a) nonnullæ certo respectu (b) nonnullæ penitus exemptæ sunt. (c)

(a) Nimirum omnes res quæ hominum commercio penitus non sunt exemptæ. *arg. l. si in emtione 34. §. 1. de contrah. emt. sive mobiles sint sive immobiles, corporales & incorporales, ut servitutes personales, scilicet ususfructus ( quatenus in perceptione fructuum consistit, non autem quatenus consideratur ut Jus servitutis, quod*

perfo-



personale est, adeoque personæ cohæret *l. 3. in fin. Quib. mod. usus. de mitt.* Atque ita non obst. *l. 9. §. instrumenti. 7 ff. §. l. 9. C. de Usufr. Ungep. Exerc. 6. q. 9. Frantzk. Exerc. 5. q. 5. Bach. ad Tr. vol. 1. disp. 16. th. 10. lit. A.) & Habitatio §. 1. 7. de usu & habit. l. si quis 9. §. 1. b. t. l. arboribus 12. §. usufructuarius 2. ff. de usufr. l. cum antiquitas 13. C. de usufr. & Habitatio. Harpr. d. l. n. 30. Non tamen usus per §. 1. 7. de usu & habit. l. 12. §. si usus 5. ff. de Usu & Hab. Vult. in comm. ad 7. de usu & hab. in pr. n. 5. §. 6. & seqq. quando usuarius tantum Jus habet personale, quod non potest alienare: Jus verò reale ad suam utilitatem & quotidianum usum tantum pertinet, & alienare quidem potest, quod percepit jure usus, si defraudare genium suum ipse velit: Jus tamen utendi in alium nunquam rectè transferet *Vultej. d. loc.* Sic & operæ modo honestæ & locari solitæ nec contra bonos mores *l. 30. §. 2. l. 38. ff. b. t. l. 1. §. 1. de præscript. verb.* Nec non feudum per text. 2. Feud. 9. §. donare idque ad longum quoque tempus quando & hæc locatio alienatio non est *l. 39. ff. locati* & simpliciter sine temporis distinctione Usufructuario, cui similis Vasallus est, locandi jus firum potestas datur *§. minus autem. 7. de usu & habit.* Licet alienare illud in extraneum non possit *l. 66. de jure dotium. §. item finitur. 7. de Usufr.* Facit quod quis locare possit etiam si alienare & oppignorare prohibeatur *l. pen. §. instituto de Leg. 2. Bocer. in Tract. de Jur. & commod. Sen. & Vasall. lib. 2. c. 6. n. 146. & seqq. Finckelth. disp. Feud. 9. th. 15. Tr. vol. 1. disp. 29. th. 2. lit. F.* uti & ratio à *Bach. ad Tr. d. loc.* posita, quod nimirum Vasallus subinfeudare possit, atque ideò quasi utile dominium transferre, quâ tamen translatione jus suum domino neutiquam auferri certum est.*

(b) Ut res Ecclesiæ, quarum locatio non excedere debet XXX. annos *Nov. 120. cap. 3.* Reipubl. vel Universitatis bona & prædia, quæ non aliter locantur, nisi consensus totius ordinis Decurionum interveniat, vel tamen majoris partis neque tamen etiam hoc sufficit, sed & conductores ejusmodi rerum tenentur idoneam præstare fidejussionem ipsi Universitati, qua caveant, si quid damni in rebus conductis culpa eorum contigerit id se præstituros, nec non pensiones statutis temporibus soluturos *l. 2. ibiq. Bart. n. 2. & 3. C. de Præd. Decurion. sine decret. non alien.* Unde quoque si Reipubl. administratores cautionis exactionem neglexerint, ipsi tenentur, si solvendo conducto-



res non fiat l. 4. §. 1. cum l. ult. §. 3. ff. de Adm. rer. ad civitat. pertinet  
quod tamen tantum locum habet in tempore locationis expressio,  
non etiam illo quo tacita fit reconductio Bart. in l. 3. §. 1. de Admin.  
rer. ad civit. pert. Henr. Brün. de var. univ. spec. th. 85. & hujusmodi fi-  
dejussores Universitati etiam ad usuras obligati sunt, nisi aliud con-  
ventum l. 2. §. conductorem cum §. qui fidejusserunt de Admin. rer. &c Re-  
quiritur insuper subhastatio ad locationem fundorum publicorum  
perpetuam, quâ præcedente non rescinditur perfecta locatio, etiam si  
alius majorem pensionem obtulerit. l. 2. & ibi Gl. C. de vend. reb. ci-  
vit. l. 3. C. de Locat. præd. civil. l. 2. & ult. C. eod. Roland. conf. 99. n. 20.  
vol. 1. l. 21. §. ult. ff. ad municipal. non tamen ejusmodi administrato-  
res publici qui locant, finito officio tenentur de evictione, quemad-  
modum nec tutor, quando munus hoc ex necessitate subire cogitur  
Nicol. Los. de Univers. Jur. part. 3. c. 7. n. 12. Bart. in l. post mortem. ff.  
quand. ex fact. tutor. Brün. de var. univ. speciebus d. l. Res aliena effica-  
citer non aliter nisi conductor ignoraverit, Bach. ad Tr. vol. 1. disp. 29.  
th. 2. lit. b. aut Dominus patiat, quod si enim prohibuerit uti, inter-  
esse locator solvet l. 7. l. 9. §. ult. l. 15. §. 8. b. t. Imò si rem alienam mo-  
bilem locaverit, furtum committit.

(c) Sic servitutes reales, ut constat ex l. 44 ff. b. t. nemini possunt  
locari, coherent enim prædio l. 1. §. 1. ff. commun. prædi. nec ab illo  
separari possunt, & si locarentur absq; eo utilitatem prædij non re-  
spicerent d. l. 44. ubi Br. Treutl. vol. 1. disp. 29. th. 2. lit. A. cum nulla  
servitus realis constitui possit, nisi quæ prædio dominanti sit  
utilis, si non actu & in hypothese, in thesi saltem & potentia l. 15. in pr.  
de servitut. l. 19. eod. l. 5. in fin. de servitut. R. P. Sutbold. disp. 5. apb. 14. Non-  
nullæ à conductione, ut propriæ, quas locare quidem possum alteri,  
non verò ipse conducere l. 9. §. fin. b. t. l. 20. C. eod. l. 45. de R. J. quia  
una & eadem res pluribus ex causis ad nos pertinere non potest l. non  
ut ex plurib. 159. de R. J. sicuti nec res nostra nobis servire potest l. uti  
frui 5. ff. si usufr. petat. Sic & perpetua operarum liberi hominis loca-  
tio nulla est, arg. l. 71. §. 2. ff. de condit. & demonstr. l. 37. de liberal. caus. l. 6.  
& l. 24. C. eod. Quibus probatur nullâ conventionem fieri posse, ut quis  
se faciat servum. quod tamen fieret perpetuâ ejusmodi locatione,  
per l. 2. ff. de hom. lib. exhib. Sichard. ad Rubr. C. de locat. cond. Boc. part.  
1. class. 2. disp. 4. th. 21. Harpr. ad pr. b. t. n. 37. & 38. Item Juspatronatus  
arg.



*arg. sap. 16. X. de Jure Patronat. Mozz. h. t. de locat. cond. tit. de reb. quæ locari possunt vel non n. 9. Caroc. de locat. cond. part. 2. tit. de Jure Patron. pag. 98. &c.*

Th. XI.

Formam quod spectat alia Accidentalis est Essentialis alia.

Th. XII.

Accidentalis Externam depingit contractus nostri naturam.

Quæ certa à nobis poni nequit, cum pro diversitate regionum, nec non harum aularum & curiarum styli variet, à quibus libero cujusque gentis arbitrio constituitur, cui prout placuerit, licet suos contractus & negotia concipere.

Th. XIII.

Essentialis substantiam docet, quæ consistit in mercede certâ (a) quæ & quælibet res fungibilis est (b).

(a) De quâ vid *th. 1. lit. F.* Et hæc merces non tantum à contrahentibus ipsis sed & ab aliis rectè constituitur §. 1. *J. de Empt. l. 2. h. t. & l. 25. eod. l. 2. C. de Contrab. Empt.* & hæc solvenda est eo tempore quo inter contrahentes convenit, quod si verò nulla conventio adsit, procedet regionis mos, si & hic defecerit in fine anni solvatur merces, cum hoc pro debitore sit commodius *Cyn. in l. 3. de Locat. Cond. arg. l. 35. de R. J.* Et ut eò securior de mercede locator sit, fidejussores à conductore petere potest, qui cum omnibus contractibus accedere possint, nihil obest quin & huic *l. 16. §. 3. de Fidejuss. l. 7. C. h. t. l. 1. §. sed aut proprio. 8. de O & A.* ad usuras tamen ex conductoris mora enascentes fidejussoris obligatio non pertinet, nisi id nominatim promiserit, vel in omnem causam fidejusserit, aut earum nomine ad id quod interest se adstrinxerit *l. 54. h. t. l. 10. C. de Fidejussoribus.*

Fallit tamen hoc eo casu, quo conductor usuras ex pacto aut stipulatione promisit, ita ut actione quadam peti possint, nec hoc fidejussor



jussor ignoraverit, tunc enim de usuris quoq; tenebitur, quamvis simplicem interposuerit fidejussionem, ut docet *clariss. Dn. Avus meus Frieder. Pruckman. conf. 15. n. 46. Anton. Hering. de Fidejuss. cap. 24. n. 48. & 243. Carpz. part. 2. const. 19. def. 8.* Ab hac tamen sua obligatione fidejussor penitus liberatur, si se inscio reconductio facta fuerit, cum ad certum tempus fidejusserit, certè eo elapso ulterius non tenetur, ad longius nimirum tempus: quamvis obligatus omninò maneat, pro eo quod ex primâ locatione debetur *l. 44 §. placet de O. & A. l. 8. in fin. de Postul. l. 2. C. Locat. Andr. Rauchb. part. 2. q. 23. n. 11. & 16. Pet. Heig. ad §. fidejussor. n. 8. J. de de fidejuss. Berlich. part. 2. concl. 25 n. 23. Tiber. Decian. lib. 2. conf. 72. n. 45.* per hanc siquidem reconductionem nova inita est obligatio *l. 14. ff. locat.* quæ in præjudicium fidejussoris sine ejus consentu introduci nullo modo poterit *Anton. Fab. in Cod. lib. 8. tit. 27. defn. 25. n. 7. Berl. d. l. n. 23.* Nec obstat *l. 13. §. qui impleo ff. locat.* quando maxima intra obligationem pignorum debitoris & fidejussoris obligationem differentia est, etenim illius, cum de novo obligetur, nihil interest, quod eadem obligata maneat: hujus verò multum, ne contra voluntatem & promissionem ab initio factam diutius vinculo obligationis sit adstrictus. Sufficiunt tamen etiam pignora *l. 5. ff. de pign. Wes in π. de Pign. in pr.* ita ut in vecta in prædium urbanum tacitè locatori sint obligata: Secus de prædiis rusticis sentiendum: Licet enim hisce res illatae sint, pignori tamen absq; expressa conventionione non sunt *Bach. in tr. vol. 2. diss. 1. §. 4. lit. B. C. vid. l. 5. C. b. t.* quemadmodum nec res alienae per conductorem illatae, cum hæ regulariter nec expressè oppignorari possint vel hypothecari *t. t. Si res alien. pign. dat. E. nec tacitè Schneid. ad §. item Serviana I de Act. n. 45.* uti nec libri studiosorum, nam quamvis omnia in vecta in domos conductitias provisione legis tacitè locatori sint obligata, quod si tamen locator vellet vestes, quibus quotidie utitur, aut libros pignoris loco auferre non certè audiretur *Sichard. ad rub. Cod. de pign. & Hypoth. n. 18.* cum sine his studiosus neq; honestè neque commodè vivere possit; Item propter Privilegium quod per *Gl.* habent *in l. nepos Proculo 125. ff. de V. S.* quæ dicit in executione judiciali quemadmodum arma non militibus ita nec libros studiosis esse auferendos, vid. *Bald. ad rubr. Cod. qui bon. ced. poss.* ubi quod si inquit scholaris ceserit bonis & postea emat libros emtos illi auferri



ferri non posse Horat. Luc. de Priv. Stud. privileg. 31. Bologn. in auth. Habita. n. 439. C. Ne Fil. pro Patr. Socin. in reg. 66. cedens bonus in fin. Schneid. d. loc. n. 43. & ratio insuper hæc adest, quod minor favor non debeat esse illius rei, per quam animus hominis quam quâ fundus excolitur. Facit quoque quod hypotheca illatorum sit instar generalis, cum servos inductos alienare liceat. l. pen. in quib. caus. pign. tacit. cont. In cujusmodi obligatione non veniunt res, quas nemo verisimiliter obligaret l. 6. de Pign. Horat. Luc. d. tract. pr. 33. Angel. Aretin. ad §. item Serviana. 7. de Action. n. 64. Bach. ad Tr. d. l. Hodie in libros non minus ac in alias studiosorum res sæviri ex Coler. de P. E. p. 2. c. 3. n. 48. tradit Matth. Berl. p. 1. concl. 77. n. 65. & 66. cum quibus & Carpz. facit p. 2. const. 25. def. 20. n. 7. ubi subjicit, si alia deficiant bona, neque armis neque libris parci.

(b) l. 8. l. 18. C. h. t. l. 35. §. fin. l. 19. §. 3. ff. h. t. contradicit Anton. de Padill. Y. Meneses. in comm. ad l. naturalis §. at cum do. de presc. verb. Anton. Gometz T. 2. resol. cap. 3. n. 3. vers. item quero. Fach. lib. 1. contro. cap. 82. & hujus suæ sententiæ fundamentum ponunt in l. 5. §. 2. de prescript. verb. Quam tamen nostram sententiam in th. simpliciter positam sic intellectam volumus, ut cum Greg. Lopetz. animadv. cap. 15. n. 3. & seqq. quem secuti Tr. vol. 1. disp. 29. th. 3. lit. I. Hillig. Don. E. lib. 13. cap. 6. n. 1. Val. Riemer. dec. 11. q. 1. Ungep. Exerc. 12. q. 5. in Neg. distinguamus inter locationem faciendi & fruendi: ita ut priori casu tantum nummos, posteriori verò quasvis res fungibiles admittamus & sic text. non obst. ratio est, quod rerum harum diversa sit locatio, quare & diversum Jus, quod latius ostendunt Lopetz & Riem. dd. loc. dissentit Bach. ad Tr. d. loc. & in comm. ad §. præterea de Locat. & Cond.

Th. XIV.

## Effectus consistit in mutua Locatoris (a) & conductoris (b) obligatione.

(a) Quæ nihil aliud est quam Juris vinculum, quo locator ejusque hæredes adstricti sunt conductori ejusque hæredibus, ut re locata frui liceat l. 9. pr. l. 15. pr. l. 33. pr. h. t. quod in Possessione d. l. 15. pr. Usu l. 15. §. 1. l. 60. pr. d. tit. & Fructu consistit l. 18. C. eod. Don. 13. comm. 6. qui fructus si ob sterilitatem defecerint vel tempestate aut alio casu

C

fortui-



fortuito laesi, conductori rei locatae merces vel in totum vel pro parte remittenda Hieron. Pantzschm. de Locat. & Cond. q. 2. Greg. Lopez animad. 2. 16. non tamen aliter nisi finita demum locatione, computatis omnibus annorum fructibus l. 8. C. Locat. & ita ut sequentium annorum fertilitas compenset sterilitatem priorum, cum individua omnium annorum sit locatio, adeoque non nisi elapsis omnibus annis tractatio ulla de mercedis praestatione iniri possit Gail. lib. 2. obs. 23. n. 12. & poterit ob sterilitatem prioris anni remissum propter sequentis ubertatem peti l. 15. §. Papinianus. ff. h. t. l. 8. l. 18. C. eod. Harprecht h. t. in pr. n. 8r. Bened. Carpz. part. 2. const. 37. def. 12. quod tamen omnino fallit si de facienda in singulos annos remissione inter contrahentes convenerit, hoc siquidem casu ubertas sequentium annorum non facit ut alterius anni sterilitas compensetur Carpz. d. loc. def. 13. Illud certum est, quod fructus jam percepti si perierint, casus iste ad conductorem pertineat nec ulla ideò ipsi mercedis remissio largienda Gail. d. loc. n. 13. cum res sua pereat domino §. cum autem emptio ff. de emt. & vend. nullum verò sit dubium, quin ejusmodi fructus ad conductorem pertineant l. 25. §. 1. de Usur. l. 61. §. Locatione de Ferr. Quemadmodum & Tr. sententia vol. 1. disput. 29. th. 7. lit. E. à Bach. in notis ad hunc comprobata, quà ob ubertatem nimiam pensio augeri posse negatur verior est, quam & Salicetus in l. 25. §. 6. h. tit. & Paul. de Castro ibid. n. 6. fovent, per rationes quas Bach. d. l. recenset, ex quibus praecipua: quòd dispositio in casum sterilitatis favore coloni inducta in ejus odium torqueri absque textu non debeat, quando consensu contrahentium pensio limitata facile augenda non sit: Et quod re ipsa quoque in casu ubertatis, colonus majus commodum non sentiat, cum fructus viliori vendi soleant pretio. Et facit denique quod hic uterque de lucro captando certet, in quo potior causa Rei est, in casu verò sterilitatis colonus de damno vitando agat. Sic non minus conductori metatorum sumtus die einquartierungskosten Locator restituere tenetur per l. 9. C. de Metat. nimirum quod hujusmodi metatorum praestatio à Dd. casibus fortuitis annumeretur Gothofr. in rubr. Cod. de Metat. Carpz. d. l. def. 15. n. 1. Fibig. in Colleg. Frantzck disp. 11. in semidec. quest. ad π. pertinent. q. 3. n. 6 quibus tamen conductorem non tene-ri probant, textus in §. ult. ff. h. t. l. 9. §. 4. l. 25. §. 6. ff. eod. Facit quoque quod onus reale sit & non propter personam conductoris sed  
ipsum



ipſius domus cauſa fiat. Pro hac ſententiã in Scabinatu Jenenſi Anno  
1637. die 30 Septemb. ad conſultationem Chriſtiani Titij zu Arn-  
ſtadt pronuntiãtum refert Dn. D. Fibig. d. l. verba ſentent. So iſt  
dem Pacht Herrn die wegen fürgegangener Einquartierung / gehaltenen  
Salvaguarden, Verhütung des angedeuteten brandes vnd anderer der-  
gleichen zu erhaltung des Pachtguts vnmöglichlich auffgewendete  
vncosten/ſo viel ihr liquidirter maßen wie recht beybringen werden/  
vber ſich allein gehen zu laßen ſchuldig/ quam quoque Scabini Lipſen-  
ſes voto ſuo comprobant, teſte D. Carpz. d. l. Atque pro hiſce omni-  
bus conductori contra locatorem ejuſque hæredes competit condu-  
cti actio, non minus enim hæredes ex hoc contractu obligantur per  
l. 10. l. 29. l. 34. C. b. t. Covarr. lib. 2. var. reſol. 15. Nonnulli interpre-  
tes Juris Saxonici per art. 77. lib. 3. Land R. hic inter Jus Civile & Sax.  
differentiam ſtatuunt, verum quomodo textus in d. art. 77. ſit intelli-  
gendus videri poteſt Carpz. part. 2. conſt. 37. def. 1. Berlich. part. 2. concl.  
45. n. 2. & ſeqq. Mulier tamen poſt mortem mariti locationi ſtare  
non tenetur in fundo dotali factæ l. 25. §. ſi vir in quinquennium ff. ſo-  
lut. matrim. cum vivente adhuc marito dominium rei dotalis habeat  
l. 3. §. 5. de Minor. l. 16. de Relig. & ſumt. fun. l. un. §. 14. de Rei uxor. act.  
l. 14. pr. ad L. Falc. l. 75. de Jur. dot. l. 71. de Evid. l. 4. de collat. bon. l. 17.  
pr. de Jur. dot. l. 6. de Pact. dotal. ut non demum jure hæreditario ab  
ipſo conſequi neceſſe habeat. Anton. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 4. def. 37. 31. 34.  
Nec non exceptio doli mali datur, qua repellit locatorem agentem  
ex locato ad mercedem pro conſervandis in re conductã factis im-  
penſis l. 55. §. 1. & l. 61. in pr. ff. b. t. cui enim actio datur eidem & ex-  
ceptionem competere, multo magis dicendũ. Habet & conductor tol-  
lendi impẽſas facultatem, quatenus nimirũ id fieri poteſt, ſine defor-  
matione domus, ne conditio ejus fiat deterior ſed priſtina ſervetur fa-  
cies, l. 19. §. ſed addes b. t. Hanc locati actionẽ cum L. Aquiliæ, ſi condu-  
ctor damnũ acceperit ex re locata, Electivẽ, ut altera alteram perimat,  
Fr. Hortled. in libell. ſingul. de concurs. act. real. mer. ac pœnal. mixt. Fi-  
big. in Prodr. ſuo tractatum de concurs. act. ſect. 3. Bach. in tract. de act.  
diſput. 8. th. 16. Alii non infimæ ſortis Jcti concurrere cumulativẽ  
tradunt, Et neutra opinio ut autoritatibus, ita nec rationibus inſigni-  
bus deſtituitur. Ultra tamen verior, conflictus docebit. Concurrit quo-  
que



que actio ad exhibendum in specie l. 19. §. 5. b. t. & alia quas Dd. tibi suppeditabunt si adieris.

(b) Et hæc itidem Juris vinculum est, quo conductor ejusque hæredes adstricti sunt locatori ejusque hæredibus pro mercede præstandâ vel damno in re locatâ culpa conductoris commisso, resarciendo l. 43. l. 55. §. fin. & l. 27. ff. Locat. non minus enim conductio in hæredes conductoris, quam locatio in locatoris transit, l. 10. C. b. t. Berlich. part. 2. concl. 45. n. 1. in tantum ut si conductor nullis relictis liberis vel hæredibus decedat & viduam saltem post se prægnantem relinquat, vidua ista possit & teneatur quoque ventris nomine in conductione manere donec edatur partus, Nicol. Reusn. part. 1. dec. 14 per tot. Hac verò suâ obligatione de lata & levi culpâ tenetur l. si ut certo. §. nunc videndum. ff. commod. l. si servus 108. §. cum quid. ff. de Leg. 1. ita ut sub lata dolus comprehendatur, quæ & alias doli speciem habet in l. 1. ff. si mensor fals. mod. dix. l. questum §. 3. de Precar. imò aliquando simpliciter dolus perhibetur. l. magna 226. de V. S. Hinc quoties dolus præstandus est ex legis dispositione præstabitur etiam lata culpa, quod tamen in delictis fecus est, in his siquidem lata culpa dolo non æquiparatur per l. 7. ff. ad L. Corn. de Sicar. Petr. Wesenb. ad l. 23. de R. J. n. 14. Carpz. in pract. crim. part. 1. q. 27. n. 2. 3. & 4. Petr. Theod. in colleg. erim. disp. 7. th. 7. lit. A. A levissima tamen exemptus, quod hic contractus ad utriusque fiat utilitatem l. 5. §. nunc videndum. ff. commod. §. ult. 7. Quib. mod. re contrah. obt. Rittersb. ad l. 23. de R. J. pag. 123. Fr. vol. 1. disp. 29. th. 6. lit. E. Obstat §. qui pro usu 7. b. t. ad quem Rittersb. d. l. pag. 125. cum Petr. Fabr. Contio, Wesenbec. Delrio, Boccio respondet superlativum ibi poni loco positivi nimirum diligentissimus pro diligenti: Quemadmodum è diverso nonnunquam positivum pro superlativo, ut officium exactum pro exactissimo. l. 21. C. Mandat. eadem responsione utuntur ad l. 25. §. qui columnam ff. b. t. aliter Anton. Delrio relatus à Rittersb. d. l. qui vim in qualitate conventionis ponit, i. e. in præsumta pollicitatione conductoris, qui promiserit artem sive peritiam in conducendo. Bach. in comm. sup. J. ad §. conductor autem b. t. distinguit inter patrem familias in abstracto & in concreto consideratum, qui si plus solito negligentior sit in rebus suis, majorem tam rebus conductis quam propriis adhibere diligentiam tenetur, cum alias si in abstracto consideretur res illa, summa diligentia



ligentia dicenda, cum quis res alienas diligentius quam suas curare  
teneretur, vid. eundem ad *Tr. d. l. Carpz. part. 2. const. 37. defm. 24.* Ut  
& à casu fortuito, adeoq; non tenetur conductor si vel quid damni  
contigerit vi fluminis, vel morte animalium, vel vi latronum, vel in-  
cendio. Hinc qui conduxerat molendinum, quod vi fluminis de-  
structum fuerat non tenetur *Bl. in l. licet C. h. t. Sebast. Medic de cas.*  
*fort. part. 2. q. 10. n. 19. pag. 252.* quemadmodum; nec de equo condu-  
cto in itinere mortuo *Bl. in l. si ut certo §. nunc videndum. ff. commod.*  
*Jason. ad §. actionum. J. de act. n. 86.* uti nec si quid vel pecoris ab-  
actum vel ædificio damnum datum ab hostibus aut latronibus, *Gail.*  
*lib. 2. observ. 23. n. 2. & 3.* de damno incendii securum eum reddit  
Ictus Servius in *l. ex conducto 15. §. 2. ff. h. t.* & speciatim fundi incen-  
dium alleganti rescriptum fuit, non immerito subveniendum pen-  
sionis remissione *d. l. ex conducto §. 3. junctal. 25. §. 6 h. t. Hippol. de*  
*Marfil. sing. 25. Catellianus Cotta in memorab. voce conductor.* Perit itaq;  
res igni casu consumpta suo domino, non ei, penes quem ex contractu  
aliquo ejusdem rei usus est *l. si quis domum §. 3. Locat. I.* Nisi expresse  
in se receperit, quam conventionem valere evincunt text. in *l. 9. §. Ju-*  
*lianus ff. h. t. l. 8. C. eod. l. 6 C. de Pignorat. Act.* Pacta enim & conven-  
tiones contractui legem dant *l. 1. §. si convenerit ff. deposit. l. 23. de R. J.*  
& quia fortuita ea sunt, quæ præter solitum & expectationem no-  
stram accidere consueverunt, de insolito quoque teneri verius est  
eum *Bach. ad Tr. vol. 1. disp. 29. sb. 6. lit. H. Heron. Pantzschm de Lo-*  
*cat. & conduct. q. 7. n. 24. & seqq. Harpr. ad §. conductor autem. J. h. t.*  
*n. 16. Carpz. part. 2. const. 37. def. 17.* Circa quod tamen hanc limita-  
tionem ex *Jasone vol. 1. consil. 107. Bach. d. l.* notat, nimirum nisi ca-  
sus ita planè inusitatus & insolitus sit, qui fortè mille annis semel  
contingeret. II. Vel res æstimatas acceperit, ut oves & vaccas ferreas,  
*Eyserne Rülhe vnd Schaffe* / quarum dominium non in conducto-  
rem transit sed eo saltem fine æstimatæ ut periculo conductoris sint  
& nunquam locatoribus pereant *Dan. Moll. ad const. Elect. part. 7.*  
*const. 33. n. 10 & 11. Andr. Rauchb. part. 2. q. 29. n. 36. & seqq. III.* Vel  
nisi culpa casum præcesserit, ubi cui culpæ probatio incumbat, si in  
ædibus incendium exortum sit, controversitur, quidam enim exi-  
stimant conductorem probare teneri culpam absuisse idq; ex hac ra-  
tione, quod ipsæ leges contra ipsum præsumant apud quem exortum



addentes textum in l. 3. §. 1. de off. Prof. Vig. ubi incendia plerun-  
que culpa inhabitantium fieri dicuntur & l. 11. de Peric. & comm. rei  
vend. ibi: Incendium sine culpâ fieri non posse. Virgil. Pingiz. q. 24.  
Lubler. tract. de incend. cap. 5. n. 19. & seqq. Contraria sententia quam  
propugnat Sigism. Finckelth. in obs. 89. verior est, quilibet siquidem  
diligens præsumitur l. 14. de Præsc. verb. l. cum de indebito 25. de Pro-  
bat. quæ præsumtio tanti est, ut onus probandi in adversarium  
transferat, quem aliàs quoque ad hoc adstringit l. 13. §. finalis ad L.  
Aquil. & omni actori seu cuicumque factum asserenti regulariter  
competit l. 2. l. 21. cum seq. de Probat. quo etiam non probante reus  
vel qui negat merito absolvitur l. 4. C. de edend. Hinc Carpz. part. 2.  
const. 26. def. 19. dicit, in locato aliisq; contractibus in quibus culpa  
saltem levis præstatur onus probandi semper ei injungi qui culpa  
casum contigisse contendat. Nec adeò stringit, quod plerunque  
culpa inhabitantium incendia fieri dicantur, semper enim & per-  
petuò ita fieri non probatur per vocabulum plerunque facti quoque  
quod pluribus inhabitantibus in quo culpa lateat incertum sit. &  
ideo nec condemnatio sequi possit. §. 32. f. de Act. Sic & Jctus in  
d. l. 11. de Peric. & commod. rei vend. patrem familias tanquam inno-  
centem eximit. Sic qui equum conduxerat advecturam quem ba-  
culo percussit in capite ita ut mortuus sit, conductor tenetur de  
occiso Hyppolit. tract. de equo q. 3. quem refert Sebast. Med. de cas. fort.  
d. n. 22. & generaliter quoties quid damni datum casu, culpa con-  
ductoris. Pro his locatori competit contra conductorem locati  
actio, quæ ut conducti directa quoque est, quia conductor æque di-  
recto ac principaliter agit adversus locatorem atque locator con-  
tra conductorem Oldendorp. class. 4. act. 9. nimirum ista inter dire-  
ctam & contrariam actionem differentia, tum demum locum ha-  
bet, quando non uterque contrahentium principaliter ac directo  
agit, sed unus tantum. Concurrentes hæc habet itidem L. Aquil.  
actionem l. 13. in pr. & l. 43. Locat. Actionem furti l. 42. cod. juncta  
l. 34. §. 2. de O. & A. Actionem arborum furtim casarum quæ est in  
duplum ex l. 12. tab. si scilicet conductor arbores exciderit in fun-  
do conducto l. 25. §. ipse quoq. ff. h. t. l. 1. arbor. furt. cas. Habet quoq;  
concurrentes interdictum Salvianum pro recuperanda possessione  
ejus rei quæ à conductore alienata est, quam tamen in fundum in-  
tule-



culerat, ut pro pensione esset pignori, tot. tit. de Salv. interd. & r. C.  
de Prat. & Salv. interd. plura remedia qui desiderat Dd. consulat  
nobis abrumpendum.

Th. XV.

Solvit contractum hunc mutuus contra-  
hentium consensus (a) tempus contractui  
huic præfixum si elapsum (b) rei locatæ ven-  
ditio (c) ultra dimidium facta lætio (d).

(a) Etenim nihil tam naturale est, quam eo genere quicquid dis-  
solvere quo colligatum est *l. 35. de R. I.* cum igitur contractus hic no-  
ster nudo consensu constituatur mirum non est si contrario extingua-  
tur iterum & tollatur *Moz. de locat. & conduct. tit. quemadm. fin.  
vel amitt. n. 1.*

(b) Semper enim respiciendum est quid actum sit *l. 34. de R. I. l. si  
ita scriptum de leg. 1 cap. inspicimus de R. I. in 6. nam* hoc servabitur quod  
initio convenerit legem enim contractus dedit *l. 23. de R. I.* adeoque  
cum ad certum tempus locatio facta contra mentem quoq; contra-  
hentium ulterius extendi nequit, nisi finito tempore in re locatæ  
conductor maneat, & vel expressè vel tacitè reconducat *l. 13. §. ult. &  
l. seq. b. tit. l. 16. C. eod.* hoc siquidem quin consensu locatoris vel ex-  
presso vel tacito fieri possit, dubium habet nullum, quo casu eodem  
pretio videtur reconduxisse, quamvis non in totidem annos *Vultej. in  
pr. I. h. t. n. 12.* Fallit tamen si justa ex causa conductor ante finitum  
tempus recedat ob justum nimirum metum *l. 27. §. iterum b. t.* ob rui-  
nas ædium, *28. de damn. infect.* ob adventum militum *l. 13. §. 7. b. t.* ob  
pestem vel alium contagiosum morbum *Gail. lib. 2. obs. 23 n. 7.* ob evi-  
dentissima ostenta, tetras imagines, & assiduas umbrarum illusio-  
nes, quibus vexetur & commodè & securè habitare impediatur *Tr.  
vol. 1. disp. 29. §. 5. lit. B.* vid. quoq; *Carpz. part. 2. const. 37. def. 10.* Et hæc  
locatio, tam firma quoq; est, ut antequam effluxerit tempus, neq; lo-  
catori conductor cedere teneatur *l. 54. §. 1. ff. l. 3. & l. 15. C. locat.* neq;  
alij colono majorem pensionem offerenti *arg. l. si olei C. d. t. Schneidw.  
ad §. fin. I. h. t. n. 9.* quamvis in pensionis solutione per biennium si  
moram committat expelli possit *l. 3. C. h. t. l. 54. §. 1. l. 56. l. pen. ff. eod.  
neq;*



neq; tantum ob pensionem nullam solutam, sed etiam ob non solu-  
tam in solidum *per d. l. 3. C. b. t.* ait enim Antoninus si pensionem,  
Domino in solidum solvisti, quasi scilicet partis solutio non impe-  
diat expulsionem, idq; locator proprio Marte & sine iudice potest:  
Rectius tamen & tutius facturus si Magistratus autoritate id fecerit  
*arg. l. 3. C. de Pignor. l. 12. l. 18. de vi & vi armat. l. 11. C. de Pignorat. act. &*  
*eorum que tradit. Coler. de P. E. part. 1. c. 5.* cum possit recuperare rem  
locatam vel actione locati, vel si vis ei fiat, interdicto unde vi *l. 12. l. 18.*  
*l. 25. l. 33. C. b. t. Giphon. ad l. 9. C. b. t.* Et licet conductor in solidum  
pensionem solverit dantur tamen casus quibus adhuc expelli potest,  
(1) Si locator probarit domum suis usibus esse necessariam, ratio con-  
sistit in proprietate & necessitate, quæ faciunt ut domino cedere co-  
gatur, non obstante contractu à quo excipitur necessitas. (2) Si do-  
mum locatam velit corrigere *l. 30. l. 35. b. t.* (3) Si in re locatâ malè ver-  
setur *l. 54. §. 1. verb. Et ut oportet colere. b. t. Nov. 128. Carpz. part. 2. const.*  
*37. def. 6.* cum melius sit rem domino integram servari quam ea cor-  
rupta ad actionem de eo quod interest decurrere *arg. l. ult. C. in quib.*  
*caus. rest. in integr. non est necess. & arg. l. 6. ff. quod fals. tut. & c.* ad quos  
tamen casus non pertinet filius locatoris novus maritus domum non  
habens, etiamsi enim eadem cum patre dicatur esse persona de iis,  
tamen id tantum verum est, quæ Juris sunt non facti, ut habitare.  
Contra non facit *l. 2. §. 1. de usu. & habit. ubi dicitur posse cum cui lega-*  
*tus est usus ædium non ipsum solum habitare, sed etiam cum uxore*  
*familia & libertis, quando ea intelligenda est de eadem familiâ, non*  
*autem de diversâ & separatâ, quam instituit filius novus maritus. Il-*  
*lud addendum posse conductorem expelli etiamsi pactum intercesse-*  
*rit de non expellendo & stipulatio pœnalis interposita l. 54. §. 1. b. t.*  
*cum verisimile sit ita convenisse de non expellendo colono intra*  
*tempore præfinita si pensionibus paruerit d. l. 54. §. 1.* Non tamen si  
juratum, quia omninò major vis juramenti, quàm nudi pacti *c. cum*  
*contingat X. de Jurejur. l. 1. & auth. sacramenta C. si adversus venditor.*  
(c) Idq; propter dominium quod salvum manet locatori, qui ta-  
men ita ager, ut eadem pactione conductori apud emtorem frui li-  
ceat, aliàs poterit is experiri contra ipsum ex conducto *l. 25. §. 1. ff. l. 9.*  
*C. b. t.* & insuper contractus legem non servantem ad interesse con-  
venire, quod si ad finem ipsi re locatâ uti licuisset percipere potuisset,  
probant



probant id text in l. 24. §. 4. l. qui insulam 30. l. si fundus 33. ff. locat. Per-  
tinet huc vulgatum illud *Kauff gehet vor Miethe* / ut enim successor  
universalis stare tenetur locationi, ut supra monitum, ne utique tamen  
singularis, qualis emtor. Sed quæritur in casu, quo Studioso cui-  
dam locatum erat musæum, postea verò tota domus alteri locabatur,  
an totius domus locatione, particularis ista studioso facta locatio tol-  
latur, & illud aliter verum esse non existimamus, nisi Studioso de alio  
commodo hospitio prospiciatur & si quid probare poterit interesse,  
solvatur: non solum propter studiorum distractionem, sed & quod  
hæc causa nullibi legatur sufficiens ad expellendum conductorem,  
in super & sibi imputabit locator cum facile offerri posse occasionem  
qua tota domus locaretur prævidere debuisse, atque ideò nunc esse ne-  
cessitatis, quod antea liberrimæ erat voluntatis, sciat, facit quod  
fortè eo tempore expelleretur particularis conductor quo omnia  
vel tamen maximè commoda & studiis apta inhabitarentur musæa,  
ut expulsus non sine magno sumtu & quod imprimis graviter feren-  
dum sine studiorum jactura in publico vivere cogeretur diver-  
sorio.

(d) Minus autem pretium esse videtur si nec dimidia veri pretij  
pars soluta sit l. 2. C. de rescind. vendit veluti si rem decem valentem  
quatuor locem. Et per eandem dictam l. 2. rescinditur hic contractus,  
quam etsi *Anton. Fab. lib. 1. dec. 8. Error. 8.* neget locum habere in hoc  
contractu, contraria tamen sententia receptior quam quoque *Arum.*  
*ad d. l. 2. disp. 3. them. 15.* propugnat & Fabri objectiones examinat,  
fundamentum aliàs nostræ assertionis ponunt in l. 2. ff. locat. ubi  
dicitur locatio & conductio proxima esse emtioni & iisdem regulis  
Juris consistere *Carpz. part. 2. const. 34. def. 10.* videatur quoque *Arius*  
*Pinel. ad d. l. 2. part. 1. c. 3. n. 17. & seqq. pag. 209. Tr. vol. 1. disp. 29. §. 8.*  
*lit. B. Bachovius vol. 2. disp. 2. §. 11. lit. A. pag. 95.* ubi respondet ad ob-  
jectionem quod locatio fiat ad tempus. Nimirum tempus ad ex-  
cludendam læsionem immodicam proportionatam nihil habere  
momenti & sequi inde non nisi in venditione rerum majoris pretij  
huic remedio locum esse. Cæterum reliquas Fabri rationes frivo-  
las nec refutatione dignas vocat.



## Affinis nostro contractui est emtio, venditio (a) &amp; emphyteusis (b).

(a) *in pr. l. de locat. l. 1. 2. ff. eod.* eandem habent causam nimirum jus gentium & solum consensum absq; interventu alterius cujusdam rei, sic & forma eadem est, quemadmodum enim in emtione & venditione certum necesse est ut interveniat pretium *pr. l. de emt. l. 9. C. de contrab. emt.* ita in locatione merces *l. 2. ff. pr. l. de Locat.* ita non minus in arbitrium tertij merces in locatione & conductione conferri potest quam pretium in emtione & venditione §. *pretium l. de emt. & vendit. §. 1. l. de Locat.* Non tamen κατὰ τὰυτὸς conveniunt sed in multis etiam inter se differunt, sic simulatq; de pretio convenerit, vel si res fuerit numero pondere mensura constans, insuper ad mensa, ad pensa, vel annumerata sit, periculum pertinet ad emtorem *l. 35. §. 5. ff. de contrab. emt. §. 3. l. eod. Carpz. part. 2. const. 26. def. 20. & def. 23.* e contra in locatione omnem casum ad locatorem pertinere probat *l. 15. §. 2. h. t. & superius quoq; dictum latius.* Sic notum est per emtionem, contumaciam nancisci emtorem usucapiendi facultatem *t. t. ff. & C. pro emt.* non verò dominium principaliter & per se, sed præstationem saltem *l. 3. pr. de O. & A.* consequenter verò & effectotenus dominium quoq; de quo optimè *Riemer. dec. 9. q. 3.* Secus est in nostro contractu *l. 39. ff. h. t.* plures differentias non cumulamur.

(b) Quæ tantam cum nostro contractu habet familiaritatem, ut veteres à locatione distinguere non potuerint, alij enim locationem, alij venditionem esse existimarunt, usq; dum Zeno constitueret & hoc dubium sanctione quadam dirimeret propriumq; nomen huic negotio imponeret, qua tamen Zenonis sanctione contractus qui Juris gentium fuit, non factus est Juris Civ. cum id etiamsi Imperator voluisset facere tamen non potuisset, dicente *Bach. in comm. sup. l. ad §. adeò autem de locat. & conduct. pag. 809.* & Zeno nihil aliud fecit, nisi ut distingueret & separaret contractus, ut ejusmodi negotio constituto non amplius ex conducto aut emto, sed propriâ quis experiri possit actione, ita sentiunt *Dn. Ungep.*

exerc. 10.



*exerc. 12. q. 6. in nego. Arum. exerc. 14. § 12. Hillig. D. E. lib. 13. c. 22. lit. B. Coraf. lib. 1. miscell. cap. 21. Giphon. ad l. 2. §. de Jur. Emphyteut. Bach. ad Tr. vol. 1. disp. 29. §. 9. lit. B. plura de hoc contractu non subjicimus, quando paucis saltem nonnullas differentias notaverimus, quarum prima, quod in Emphyteutam transferatur utile dominium non verò in conductorem l. 39. l. 60. §. 1. locat. l. 65. de contrah. emt. (2) Emphyteusis in rebus soli tantum consistit, locatio verò & in mobilibus fit. (3) Emphyteutæ fundo Emphyteutico licet imponere servitutum cum nihil ita detrahatur domino directo, nihilominus enim hic salvam habet rem Emphyteuticam, & quotannis canonem constitutum accipit. Non vero conductori arg. l. 1. §. ult. ff. de superf. Harpr. ad §. adeo autem l. de locat. & conduct. n. 370. Quarta differentia claudat disputationem nostram, quando Emphyteusis perpetua est.*

**Docti meliora sequemur.**


**Ad**



Ad Præstantissimum Domi-  
num Respondentem.

**S**unt loco conduco verba hæc promiscua Juri,  
Utrum ut describas, non tamen omne capis.  
Hæc dum disquiris; Juris num STRIPE Locator  
Sis, vel Conductor, non reperire queo.  
At nunc, conducas, missus; conducere nostras  
Perge operas, alacri & Jura revolve manu.  
Ut locat & PATER, ut PRUCKMANNUS AVUSq; locavit.  
Mox quoq; sic poteris jure locare Tuas.

Præses.



**A**D Viadrum quæ Te docuit Prudentia Juris  
Doctius enodas & docta mente tueris  
Leucoream Cathedram scandens, & fortiter intrans  
Ancipites Legum anfractus. Virtutis Avitæ hoc  
Signum est, sic celebris fueris post Funera STRIPI.  
En Tibi Diva Themis laudatæ præmia pugna  
Jam parat, atq; fovet de Te spem Patria Magnam  
Sic quando institeris, teneas vestigia PATRIS.

Conjunctissimo Contubernali  
gratulabundus scripsit

Fridericus von Zena.

bA

Ad



*Ad Eximium & Præstantissimum*

*Dn. Respondentem.*

EXcellsa Virtus erigit usq; se  
Suapte sponte, ac impatiens lupi  
Gestit novo semper labore  
Amplificare Suos honores.

Perdocte STRIPI, Te quoq; laus manet  
Hæc ipsa, dum doctissima pulpita,  
Inglorij languoris osor,  
Scandis ovans Themidos verendæ.

Urgeto gressus taliter impigros,  
Hæc arte nixus Lauriger ad domos  
Scandes Deorum, Astræa Virgo  
Necit ubi Tibi jam Coronam.

*Augustus Augspurgerus.*

NON opus est multis laudem virtutis AMICE  
Ingenij, tui dona referre metris:  
Pulpita dant specimen TE dignum, TEq; loquetur  
Indè peritorum fama per ora virum  
Ego agè, quod videat modò TE impallescere chartis  
Pæbe, caput posthæc vestiat alma Themis.

*Sinceri affectus gratia apposuit*

M. Samuel Strauch Dresdenfis.

*Ad*



*Ad Eximium Dn. Respondentem.*

**C**eu generosus equus sonipes spumantia frena  
Mandit & ad palmam deproperanter abit.  
Gnaviter in Juris studio sic STRIPE colende  
Non pateris tardas cursibus esse moras.  
Perge tuo in cursu, optatam Themis alma coronam  
Conferet, & faciet consuluisse bene.

*ita vovet.*

**Johann Friederich Lenz.**

---

**A**lbidos ad ripas THEMIS ut tractare videbat  
Jura, Tibi STRIPI risit amica Dea.  
Proh quantum Studium ingreditur! Labor impiger auget  
Præmia, quæ nulla sunt peritura die.  
Fama divitias superaddam, sicq; labores  
Compensabo suos laude repentè mea.  
Cratolor inceptam, ad metam Te ducet euntem  
Virtus, ut referas compare laude Patrem.

*Ita Præstantissimo atq; Eximio Consalino  
suo vovet*

**Jacobus Schmidt Dresdensis.**











ULB Halle  
003 862 046

3




Sb.


107











qua-  
ncerti  
partus  
ontra-  
ndum  
it ergo  
uoque  
rt. per.  
tus ad  
vagam  
s certi  
esenb.  
ad Tr.  
intel-  
andati  
ompe-  
ni con-  
scili-  
nis na-  
m esse  
ontra-  
a fit in  
e viri-  
ex mu-  
ione  
æ spe-  
ipula-  
liverfa  
gene-  
enera-  
& §§.  
d Inst.  
n cum  
rratio  
mibus  
o gra-

DISPUTATIO JURIDICA  
*De*  
LOCATIONE  
ET CONDUCTIONE,

*Quam*  
Favente SS. Triade

*Permissu Magnifici & Nobilissimi Jctorum*

*Ordinis in Includa Academia Wittebergensi*

PRÆSIDĒ

*Amplissimo, Consulissimo, & Excellentissimo,*

VIRO

DN. AUGUSTINO *Strauch*/

J. U. D. & Antecessore celeberrimo, Curiaē

Provincialis Consistorij Ecclesiastici & Scabinatus

Electoralis Saxon: Assessore gravissimo, Dn. Præcepto-

re, Patrono, Promotore & hospite perpetuā obser-  
vantiā colendo.

*Publico examini subjicit*

ADAMUS FRIDERICUS *Stripe*/

Berolinens.

*In Auditorio Jctorum d. Octob.*

ANNO MDCCXLIV.

WITTEBERGÆ

Typis JOHANNIS RÖHNERI, Acad. Typogr.

XXI

*14*  
*1844*  
*14*  
*20*  
*14*

